

Nobilis et magnificus Vir

86

Sicuti honorem, quem Summo Pontifici Alexandro VII tua contulit
humanitas, dum eius glorioso nomini Splendidum et nobile Alexan-
drinorum Septuaginta Bibliorum opus inscribere uoluisti, merito magni
fecit; ita quoque sua beatitudo meritorum tuorum cumulum benigne et
clementer recognoscens, vicarium mihi scribendi munus imposuit,
ut nimirum haec literas, sua gratie in te suae uoluntatis indices darem,
atque una tibi de adeo proposito tuo in suam beatitudinem affecta gratias
agerem, uti par est, amplissimas; tibi significarem, ut si quidpiam
in tuum commodum emolumentumque sua Sanctitas impetecum conferre
possit; pro sua in te Virum de Rep. Literaria adeo bene meritum, indul-
gentissima benignitate et clementia, nunquam, ubi se occasio obtulerit
sit intermissura. Vale uir nobilis et magnificus, et in Reip. Lit. ueluti
cepisti, bonum porro alaborare ne desistas.

Rome 30 Martij

1667.

Sue Dominationis.

Unguentum
per il Sordani
1753

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]